

JUNE 22, ST. PAULINUS, BISHOP & CONFESSOR

[Errors? help@extraordinaryform.org](#)

St. Paulinus was Bishop of Nola in Southern Italy. So great was his charity that he sold himself into slavery in order to ransom the son of a poor widow, who had been carried off by the Vandals of Africa. He was afterward set free, and returned to Nola, where he died in 431. Otho III brought his body from Beneventum to the little island in the Tiber near the Trastevere. Pius X had them carried back in triumph to his episcopal city at Nola, and ordered a new Mass in his honor to be inserted in the Missal and his feast raised to a double in the Universal Church. His figure is one of the most attractive of ancient times. Without leaving his monastic retreat he exerted great influence on his times; he was not a man of action, but of prayer, given to solitude and a lover of poetry and fine arts.

INTROIT Psalms 131: 9-10

Sacerdotes tui Domine, induant justitiam, et sancti tui exsultent: propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui. (Ps. 131: 1) Memento Domine David et omnis mansuetudinis ejus. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in saecula saeculorum. Amen. Sacerdotes tui Domine, induant justitiam, et sancti tui exsultent: propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui.

COLLECT

Deus, qui omnia pro te in hoc saeculo relinquuntibus, centuplum in futuro et vitam aeternam promisisti: concede propitius; ut sancti Pontificis Paulini vestigilis inhærentes, valeamus terrena despiciere, et sola coelestia desiderare. Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

EPISTLE 2 Corinthians 8: 9-15

Fratres: Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. Et consilium in hoc do: hoc enim vobis utile est, qui non solum facere, sed et velle coepistis ab anno priore: nunc vero et facto perficite ut quemadmodem promptus est animus voluntatis, ita sit et perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim ut aliis sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex aequalitate. In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat: ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum, ut fiat aequalitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit: et qui modicum, non minoravit.

GRADUAL Ecclesiasticus 44: 16, 20

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. (Eccl. 44: 20) Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi.

LESSER ALLELUIA Psalms 109: 4

Alleluja, alleluja. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Alleluja.

GOSPEL Luke 12: 32-34

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nolite timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quae possidetis, et date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

OFFERTORY Psalms 88: 21-22

Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

SECRET

Da nobis, Domine, perfectae caritatis sacrificium, exemplo sancti Pontificis Paulini, cum altaris oblatione conjungere: et beneficentiae studio sempiternam misericordiam promereri. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

COMMUNION Luke 12: 42

Fidelis servus et prudens, quem constituit dominus super familiam suam: ut det illis in tempore tritici mensuram.

POSTCOMMUNION

Tríbe nobis per hæc sancto, Domine, illum pietatis et humilitatis affectum, quem ex hoc divino fonte hausit sanctus Pontifex tuus Paulinus: et ipsius intercessione, in omnes, qui te deprecantur, gratiae tuae divitias nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thine anointed. (Ps. 131: 1) O Lord, remember David and all his meekness. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Let Thy priests, O Lord, be clothed with justice, and let Thy saints rejoice: for Thy servant David's sake, turn not away the face of Thine anointed.

O God, Who hast promised to those who leave all in this world for Thee a hundred-fold in the world to come and life everlasting, mercifully grant that, following closely in the footsteps of the holy bishop, Paulinus, we may have the grace to despise earthly things and desire only Heavenly. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Brethren, Ye know the grace of our Lord Jesus Christ, that being rich He became poor for your sakes; that through His poverty ye might be rich. And herein, I give my counsel: for this is profitable for you, who have begun not only to do, but also to be willing, a year ago; now therefore perform it also in deed: that as your mind is forward to be willing, so it may be also to perform, out of that which ye have. For if the will be forward, to be willing, so it may be also to perform, out of that which ye have. For if the will be forward, it is accepted according to that which a man hath, not according to which he hath not. For I mean not that others should be eased, and you burthened, but by an equality. In this present time let your abundance supply their want, that their abundance also may supply your want; that there may be an equality, as it is written: He that hath much had nothing over; and he that had little had no want.

Behold a great priest, who in his days pleased God. (Eccl. 44: 20) There was not another found like to him, who kept the law of the Most High.

Alleluia, alleluia. Thou are a priest forever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

At that time, Jesus said to His disciples: Fear not, little flock, for it hath pleased your Father to give you a kingdom. Sell what you possess, and give alms. Make to yourselves bags which grow not old, a treasure in Heaven which faileth not: where no thief approacheth, nor moth corrupteth - for where your treasure is, there will your heart be also.

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him.

Grant us, O Lord, to join the sacrifice of perfect charity with the oblation of the altar, after the example of the holy bishop Paulinus, and, by zeal for good works, to deserve everlasting mercy. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

A faithful and wise servant, whom the Lord hath set over His family, to give them their measure of wheat in due season.

Grant us, O Lord, by these holy things that sentiment of piety and humility which Thy holy bishop Paulinus drew from the same divine source, and by his intercession benignly pour the riches of Thy grace upon all who call upon Thee. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.